

Joachimus Abbas Monasterij
S. Galli. Josueo Kesslero p. S. D.

Legi quod ad me misisti exemplar orationis Constantiæ à S. Gallo habitæ: Mibi certè placet cum quod
nil habeat contrarium fidei rectæ, et quæ tum tempo-
ris ubiq; terrarum una erat, nullis ut hæc nostra
atate opinionibus et varijs commentis obfuscata,
tum quod profecta sit a viro Sanctitate doctrina
et omni uirtutum genere ornatissimo, qui ut huic
meo Monasterio originem dedit, Ita merito à me
est sempiterna memoria celebrandus. Verum si
mibi esset sinceri iudicandum, numne excudenda
sit, nec ne. Existimo opus non esse. Pace enim S.
viri D. Galli sententiam dixerim sicut ante ea quibus
uixit tempora, Et post, tot orationes editæ, tam
doctè conscriptæ, ut opus esse non potest hanc
tandem imprimendam. Esto enim utilis si, docta
sit *καὶ τὸν κατὰ τὴν φύσιν* aptissima. alias utiliores
conscriptas esse, et rudibus in fide christiana aptio-
res puto. Non ergo quod in me est abnatio quin
imprimi possit, sed tamen nollem scribi uel meo
iussu aut consensu, uel sub tutela mei nominis
impresam esse. Ad causam enim prædictam accedit
quod exemplar mihi a te oblatum non admodum



